

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti**

**Gellius, Aulus**

**Venetiis, 1515**

Liber Quartvs.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-724024)

quam ob causam parcus, quasi par arcæ nominatus est. Tum Phauorinus, ubi hæc audiuit, superstitiose inquit, & nimis moleste, atq; odiose confabricatus, commolitusq; magis est originem uocabuli C. iste Bassus, quàm enarrauit. Nam si licet res dicere commenticias: cur non probabilius uideatur, ut accipiamus parcum ob eam causam dictum, quod pecuniam consumi, atq; impendi arceat, & prohibeat quasi pecuniarcus. Quin potius, quod simplicius inquit, ueriusq; est, id dicimus? Parcus enim neq; ab arcæ, neq; ab arcendo, sed ab eo, quod est parum et paruum denominatus est.

AULI GELLII NOCTIVM ATTICARVM  
COMMENTARII.  
LIBER QVARTVS.

Sermo quidam Phauorini philosophi cum grammatico iactantiore factus in Socraticum modum, atq; ibi in sermone dictum, quibus uerbis penus a Q. Scæuola definita sit. Caput Primum.

N uestibulo ædium palatarum omnis fere ordinum multitudo operientes salutationem Cæsaris contestiterant. Atq; ibi in circulo doctorum hominum Phauorino philosopho præsentate ostentabat quispiam grammaticæ rei doctior, scholice quædam nugalia, de generibus & casibus uocabulorum

disserens, cum arduis supercilijs uocisq; et  
 grauitate composita, tanquam interpres, et  
 Sibyllæ oraculorum. Tum aspiciens ad Phauorinum  
 quã quam ei etiam non dum satis notus esset. Et  
 quoq; inquit, uarijs generibus dictum, et uaria  
 clinatum est. Nam et hoc penus, et hæc penus  
 huius peni, et penoris, et penitiris, et penon  
 teres dictauerunt. Mundum quoq; muliebrem  
 lius in satyrarum. XVI. non uirili genere, ut ca  
 ri, sed neutro appellauit his uersibus.

Legauit quidam uxori mundum omne, penus  
 Quid mundū? quid non? nam quis diiudicat  
 Atq; omnium horū, et testimonijs, et exem  
 strepebat. Cumq; nimis otiose sibi placeret: ut  
 sit placide Phauorinus: et iam bone inquit, ma  
 ster, quicquid est nomen tibi, abunde multa doc  
 quæ quidem ignorabamus: et scire haud sane  
 labamus. Quid enim refert mea, eiusq;, qui om  
 quor, quo genere penum dictam, aut in quas extre  
 literas declinem, si nemo id, non nimis barbare  
 rit? sed hoc plane indigeo addiscere, quid sit pen  
 et quo sensu id uocabulum dicatur: ne rem qu  
 dianiusus, tanquam qui in uenalibus latine loq  
 tant: alia quã oportet, uoce appellem. Quæ res  
 rem minime obscuram. Quis adeo ignorat pen  
 esse, uinum, et triticum, et oleum, et lentem  
 bam, atq; huiuscemodi cætera? Etiam ne inquit  
 uorinus, milium, et panicum, et glans, et  
 penus est? Sunt enim propemodum hæc quoq;  
 modi. Cūq; ille reticens hæreret: nolo inquit,

labores, an ista, quæ dixi, penus appellentur. sed po-  
 tes ne mihi non speciem aliquam de penu dicere, sed  
 definire genere proposito, et differentijs apposis qd  
 sit penus? Quot sint penus genera, & quas differen-  
 tias dicas? non hercle intelligo. Rem inquit, Phauori-  
 nus planè dicâ. Postulas quod difficilius est, dici pla-  
 rius. Nam hoc quidem peruulgatum est, definitionē  
 omnem ex genere, & differentia consistere. Sed si itē  
 mihi præmanda re, quod aiunt, postulas: faciam sanè  
 id quoq; honoris tui habendi gratia, atq; deinde ita  
 exorsus est. si inquit, ego te nunc rogem, uti mihi di-  
 cas, & quasi circumscribas uerbis, quid homo sit: nō  
 opinor respondeas hominem esse te, atq; me. Hoc. n.  
 quis homo sit, ostendere est, non quid homo sit, dice-  
 re. Sed si inquam peterem, ut ipsum illud, quod homo  
 est, definire, tum profecto mihi diceres hominem es-  
 se mortale animal rationis, & scientiæ capiens: uel  
 quo alio modo diceres, ut eum à cæteris animalibus  
 omnibus separares. Perinde igitur nunc te rogo, ut  
 quid sit penus dicas, non ut aliquid ex penu nomi-  
 nes. Tum ille ostentator, uoce iam molli, atq; demissa,  
 philosophias inquit, ego non didici, nec discere appe-  
 tui. Et si ignoro, an ordeum ex penu sit, aut quibus  
 uerbis penus definiatur: non ea re, literas quoq; a-  
 lias nescio. Scire inquit, ridens iam Phauorinus, quid  
 penus sit, nō ex nostra magis est philosophia, quàm  
 grāmatica tua. Meministi enim credo, quæri solitū,  
 quid Virg. dixerit penum instruere, uel longam, uel  
 longo ordine. Vtrumq; enim profecto scis legi soli-  
 tum. Sed ut faciam æquiore animo ut sis, ne illi qui

dem veteris iuris magistri, qui sapientes appellati  
defuisse satis recte existimantur, quid sit penus.

Q. Scæuolam ad demonstrandum penum huius  
bis usum audio. Penus est inquit, quod escule  
aut poculētū est. Quod. n. ipsius patris familias  
liberorum patris familias eiusq; familiae, quæ  
eos, aut liberos eius est, & opus non facit, cau-  
ratum est, ut Mutius ait, penus uideri debet. Sic  
ad edendum, bibendumq; in dies singulos prae-  
aut coenæ causa parantur, penus non sunt. Sed  
tius, quæ huiusce generis longæ uisionis gratia  
huntur, & reconduntur ex eo, quod non in pre-  
sint, sed intus, et penitus habeantur, penus dicta

Hæc ego inquit, cum philosophiæ me dedi-  
non insuper tamen habui discere: quin cuius  
nis latine loquentibus, rem non suo uocabulo  
strare, non minus turpe esset: quàm hominem non  
nomine appellare. Sic Phauorinus sermones in  
commune à rebus paruis, & frigidis abducere  
ea, quæ esset magis utile audire, ac discere, non  
ta extrinsecus, non per ostentationem: sed indit-  
ta, accepta q; Præterea de penu ad scribendum  
tiam putauit. Ser. Sulpitium in reprehensis Scæ-  
capitibus scripsisse. seio Helio placuisse, non  
sui, & potui forent: sed tuis quoq; & cereos  
nu esse. quodq; esset eius ferme rei causa com-  
tum. Massurius autem Sabinus in iuris ciuili-  
do, etiam quod iumentorū causa apparatus esse  
bus dominus uteretur: penori attributū dicit.  
quoq; & uirgas, & carbones, quibus conficere

uus, quibusdam ait uideri esse in penu. Ex ijs autē,  
 quæ promercalia, & usuaria in locis hisdem essent:  
 ea sola esse penoris putat, quæ sint usu annuo.

Quid differat morbus, & uitium, & quā uim  
 habeant uocabula ista in edicto ædiliū, et an eunus  
 chus, et steriles mulieres redhiberi possint, diuersæq;  
 super ea re sententiæ. Caput II.

N edicto ædiliū curulium, qua parte de  
 mancipijs uendundis cautum est: scriptum  
 sic fuit. titulus seruorum singulorū, ut scri-  
 ptus sit curato, ita uti intelligi recte possit, quid mor-  
 bi uitijq; cuiq; sit. Quis fugitiuus erro'ue sit. Noxa  
 ue solutus non sit. Præterea quæsierunt iureconsulti  
 ueteres, quid mancipiū morbo sum, quid'ue uitiosum  
 recte diceretur. Quātūq; morbus à uitio differre-  
 ret. Cælius Sabinus in libro, quem de edicto ædiliū  
 curuliū composuit: Labeonem refert, quid esset mor-  
 bus hisce uerbis definisse. Morbus est habitus cu-  
 iusq; corporis contra naturam, qui usum eius facit de-  
 teriorem. Sed morbum aliās in toto corpore accidere  
 dicit, aliās in parte corporis. Totius corporis morbū  
 esse, ueluti ph'iois, aut febris. Partis autem ueluti  
 cæcitas, aut pedis debilitas. Balbus autem inquit, et  
 Atypus uitiosi magis quàm morbofi sunt, & e-  
 quis mordax, aut calcatro, uitiosus, non morbo-  
 sus. Sed cui morbus est, is etiam uitiosus est. Neq;  
 id tamen contra fit. Potest qui uitiosus est, non mor-  
 bosus esse. Quamobrem cum de homine morbo-

A. GEL.

so ageretur, nequaquam inquit, ita diceretur, quod  
 ob id vitium minoris erit. De eunuchis quidem  
 situm est, an contra edictum aedilium uideretur  
 mundatus, si ignorasset emptor cum eunuchum  
 Labeonem respondisse aiunt, redhiberi posse  
 morbosum. Sues autem foeminas si steriles esse  
 uenium issent, ex edicto aedilium posse agi  
 scripsisse. De sterile autem muliere, si nativa steri-  
 te sit: Trebatium contra Labeonem respondi-  
 cunt: nam cum redhiberi eam Labeo, quasi  
 nam putasset: necesse autem Trebatium ex edicto  
 posuisse, si ea mulier a principio genitali in steri-  
 te esset. At si ualetudo eius offendisset: ex quo  
 factum esset: ut concipere foetus non posset: tum  
 non uideri, et esse in causa redhibitionis. De  
 quoque, qui luscitiosus latine appellatur, et  
 dissensum est. Alij enim redhiberi omnino debent  
 Alij contra, nisi id vitium morbo contractum  
 Eum uero, cui dens deesset: Seruius redhiberi  
 respondit. Labeo in causa esse redhibendi, negat  
 Nam et magna inquit, pars dente aliquo carens  
 Neque eo magis plerique homines morbofi sunt. Et  
 surdum admodum est dicere, non sanos nasci ho-  
 nes, quoniam cum infantibus non simul dentes  
 tur. Non praetereundum est, id quoque in libris  
 rum iuris, peritorum scriptum esse, morbum, et  
 tium distare. Quod vitium perpetuum, morbum  
 accessu, discessuque sit. Sed hoc si ita est, neque  
 neque eunuchus morbus est, contra Labeonis  
 praedixi sententiam. Verba Massurij Sabini  
 sui

sui, ex libro iuris civilis secundo. Furiosus minusve, cui ue quod membrum lacerum, laesumq; est, aut obest quo ipse minus aptus sit, morbofi sunt. Quæ non longe uidet, tam sanus est, quam qui tardius currit.

Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante Carbilianum diuortium, atq; inibi quid sit proprie pellex, quæq; eius uocabuli ratio sit.

## Caput III.

Emoriæ traditum est. D. fere' annis post Romam conditã nullas rei uxoriæ neq; actiones, neq; cautiones in urbe Roma, aut in Latio fuisse, quia profecto nihil desyderabatur, nullis etiã tunc matrimonijs diuertētibus. Seruius quoq; Sulpitius in libro, quem composuit de dotibus, Tum primum cautiones rei uxoriæ necessarias esse uisas scripsit. cum Sp. Carbilius, cui Ruga cognomentum fuit, uir nobilis diuortium cum uxore fecit: quia liberi ex ea, corporis uitio non gignerentur, anno urbis conditæ quingentesimo uicesimo tertio, M. Atilio P. Valerio COSS. Atq; is Carbilius traditur uxorem, quã dimisit, egregie dilexisse, charissimamq; morum eius gratia habuisse: & iuris iurandi religionem animo, atq; amori præuertisse: quod iurare à CENS. coactus erat, uxorem se liberorum quærendorum gratia habiturum. Pellicem autem appellatam, probrosamq; habitam, quæ iuncta, consuetaq; esset cum eo, in cuius manu, mancipioq; alia matrimonij causa foret: hac antiquissima lege ostenditur, quam Numæ regis fuisse accepimus.



A. GEL.

Iunonis non tangito. Si tangit, Iunoni crinibus  
missis agnum foeminam cedito. Pellex autem  
παλλαξ, idest quasi παλλακίς. ut pleraq; alia  
hoc quoq; uocabulum de graeco flexum est.

Quid seruius Sulpitius in libro, qui est de  
bus, scripserit de iure, atq; more ueterum spon-  
rum. Capitulum IIII.

Ponsalia in ea parte Italiae, quae Latia  
s appellatur, hoc more, atq; iure solita  
scripsit Seruius Sulpitius in libro, qui  
psit de dotibus. Qui uxorem in-  
ducturus erat, ab eo, unde ducenda erat: si pul-  
tur eam in matrimonium ductum iri. qui datur  
rat: itidem spondebat. Is contractus stipulatione  
sponsionumq; dicebatur sponsalia. Tunc quae pro-  
sa erat, sponsa appellabatur: qui sponderat do-  
rum, sponsus. Sed si post eas stipulationes uxor  
dabatur, aut non ducebatur: qui stipulabatur ex-  
su agebat: Iudices cognoscebant. Iudex quon-  
rem data, accepta uel non esset uxor, quaerebat. Si  
hil iustae causae uidebatur: litem pecunia aestima-  
Quantiq; intersuerat eam uxorem accipi: aut  
eum, qui sponderat, aut qui stipulatus erat: m-  
mnabat. Hoc ius sponsaliorum obseruatione  
seruius ad id tempus, quo ciuitas uniuerso Latia  
iulia data est. Haec eadem Neratius scripsit in li-  
quem de nuptijs composuit.

Historia narrata de perfidia aruspicum her-

rum, quodq; ob eam rem uersus hic a pueris Romæ  
urbe tota cantatus est. Malum consilium consultori pes-  
simum est.

Cap. V.

Tatua Romæ in comitio posita Horatij Co-  
clitis fortissimi uiri de cælo tacta est. Ob  
id fulgur piaculis luendum aruspices ex  
Hetruria acciti inimico, atque hostili in populum Ro-  
manum animo, insituerant eam rem contrarijs reli-  
gionibus procurare. Atq; illam statuam suaserunt in  
inferiorem locum perperam transponi: quem sol op-  
positu circumundiq; aliarum ædium nunquam il-  
lustraret. Quod cum ita fieri persuasissent: delati  
ad populum, proditiq; sunt. Et cum de perfidia con-  
fessi essent: necati sunt. Constititq; eam statuam per-  
inde, ut ueræ rationes post compertæ monebant: in  
locum editum subducendam. Atq; ita in area Vulcæ  
ni sublimiori loco statuendam. Ex qua res bene ex-  
prosperare Rei processit. Tunc igitur quod in Hetruscos  
aruspices male consulentes animaduersum, uindicta-  
tumq; fuerat: uersus hic scite factus, cantatusq; esse  
pueris urbe tota fertur.

Malum consilium consultori pessimum est.

Ea historia de aruspiciabus, ac de uersu isto senario scri-  
pta est in annalibus maximis libro. xi. Et in Verrij  
Flacci libro primo rerum memoria dignarum. Videtur  
aut hic uersus de græco illo Hesiodi uersu expressus.  
ἢ δὲ κακὴ βελὴ τῷ βελούσαντι κακίην.

Verba ueteris senatus consulti ista, quo Decretum  
est hostijs maioribus expiandum q̄ in sacrario hastæ

martiae mouissent. Atq; ibi enarratum, quid sit  
 stria succidanea. Quid item tempora praecidanea  
 quod Capito Attius ferias quasda praecidanea  
 pellauit. Caput VI.

Terram mouisse nuntiari solet, eaq; re  
 curatur: ita in ueteribus memorijs scrip  
 legimus, nuntiatum esse senatui in sac  
 rio, in regia hastas martias mouisse. Eius rei con  
 natus con. factum est M. Ant. An. Posthu. COS  
 iusq; exemplum hoc est. Quod C. Iulius  
 lius Ponti. nuntiauit in sacra, io, in regia hastas  
 tias mouisse, D. E. R. I. C. ut M. Ant. con. hosti  
 ioribus Ioui, & Marti procuraret: quod & cae  
 dijs, quibus uideretur placandis, uti procurasset  
 tis habendum censuerunt. Siquid succidanea  
 esset, Robigus accederet. Quod succidanea  
 senatus appellauit: quaeri solet, quid uerbum id  
 gnificet. In Plauti quoq; comoedia, quae Epidico  
 scripta est: super eodem ipso uerbo requiri aut  
 his uersibus.

- Men'piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam
  - Ut meum tergum stultitiae tuae subdas succidanea
- Succidanea autem hostiae dicuntur e litera per  
 compositi uocabuli in, i, literam commutata. Nam  
 si succidanea appellatae: quoniam si primus  
 litatum non erat: aliae post easdem ductae hostiae  
 debantur: quae quasi prioribus iam caesis, luendi  
 culi gratia subdebantur, & succidebant. ob id  
 daneae nominatae litera, i, scilicet tractim prom

ta. Audio enim quosdam eam literã in hac uoce barbare corripere. Eadem autem ratione uerbi præadaneæ quoq; hostiæ dicuntur, quæ ante sacrificia solennia pridie cæduntur. Porcæ etiam præadaneæ appellata, quã piaculi gratia, ante fruges nouas fieri cœptas immolari Cereri mos fuit, si qui familiam funestam aut non purgauerant, aut aliter eã rem, quã oportuerat, procurauerant. Sed porcã, & hostias quasdam præadaneas, sicuti dixi, appellari uulgo notum est. Feras præadaneas dici, id, opinor, a' uulgo remotum est, propterea uerba A ttei Capitonis ex quinto librorum, quos de pontificio iure composuit, scripsi. ibi Cornuatiario PONT. MAX. feriæ præadaneæ in atrum diem inauguratæ sunt. Collegium de creuit, non habendũ religioni, quin eo die feriæ præadaneæ essent.

De epistola Valerij Probi grammaticã ad Marcellum scripta, super accentu nominum quorundã puniorum. Caput VII.

Alerius Probus grammaticus inter suam ætatem præstanti scientia fuit. Is Annubãlem, & Asdrubãlem. & Hamilcãrem, ita pronuntiabat, ut penultimam circumspecteretur: ut est epistola eius scripta ad Marcellum: in qua Plautum, & Ennium, multosq; alios ueteres eo modo pronuntiasse affirmat. Solius tamen Ennij uersum unũ ponit ex libro, qui Sapius inscribitur. Eum uersum quadrato numero, factum subiecinus, in quo nisi tertia

Syllaba de Annibalis nomine circumflexe ponitur  
 numerus claudus est. Versus Ennii, quē dixit, ita

- Qui propter Annibâlis copias considerant.

Quid C. Fabritius de Cornelio Rufino homo  
 auaro dixerit. Quem, cum odisset, inimicusq;  
 designandum tamen curauit.

Caput VIII.

Abritus Lucinus magna gloria uir,  
 f gnisq; rebus gestis fuit. P. Cornelius Ru-  
 nus manu quidem strenuus, et bellator  
 nus, militariq; disciplina peritus admodum fuit.  
 furax homo, & auaritia acri erat. Hunc Fabritius  
 non probabat, neq; amico utebatur: Osusq; eum  
 rum causa fuit. Sed cum temporibus reip. diffi-  
 ms COSS. creandi forent, & is Rufinus pet-  
 consulatum, competitoresq; eius essent imbelles  
 dem, & futiles: summa ope adnixus est Fabritius  
 Rufino consulatus deferretur. Eam rem plerisq;  
 mirantibus, quod hominem auarum, cui esset in-  
 cissimus, creari COS. peteret: quem hostiliter oderat.  
 Fabritius inquit, nihil est, quod miremini, si ma-  
 compilari, quàm uenire. Hunc Rufinum postea  
 consulatu, & dictatura functum CENS. Fabritius  
 uatu mouit ob luxuriæ notam, quod decem pond-  
 genti factitaret. Id autem quod supra scripsi, Fab-  
 um de Cor. Rufino, ita in pleraq; historia scrip-  
 est dixisse. M. Cicero, nō alijs a Fabritio, sed ipsi  
 fino gratias agenti, quod eius gratiam dedi-  
 g-

non esset, dictum esse refert in lib. ij. de oratore. Verba Ciceronis hæc sunt. Arguta etiã significatio est, cum parua re & sæpe uerbo, res obscura, & latens illustratur: ut cum C. Fabritio P. Cornelius homo (ut existimatur) auarus, & furax, sed egregie fortis, & bonus imperator gratias ageret: quod se homo inimicus consulem fecisset, bello præsertim magno & graui: nihil est quo mihi gratias agas inquit, si malui compilari, quàm uenire.

Quid significet proprie religiosus, Et in quæ diuerticula significatio istius uocabuli flexa sit. Et uerba Nigidij Figuli ex cõmentarijs eius super ea re sumpta.

Cap. IX.

Igidius Figulus homo (ut ego arbitror) iuxta M. Varronem doctissimus, in uide amo commentariorum grammaticorum uersum ex antiquo carmine refert memoria hercle dignum.

Religentem esse oportet, religiosum nefas.

Cuius autem id carmen sit, non scribit. Atque in eodem loco Nigidius, hoc inquit inclinamentum semper huiuscemodi uerborum, ut uinosus, mulierosus, religiosus, numosus signat copiam quandam immodicam rei super qua dicitur: quo circa religiosus is appellabatur, qui nimia & superstiosa religione sese alligauerat. Eaq; res uitio assignabatur. Sed præter ista, quæ Nigidius dicit: alio quodam diuerticulo significationis, religiosus pro casto, atque obseruanti, cohibentiq; sese certis legibus, finibusq; dici coeptus.

Simili autem modo, illa quoque uocabula ab eadem  
 facta origine, diuersum significare uidentur, ut  
 si dies, et religiosa delubra. Religiosi enim dicitur  
 tur tristi omine infames, impediti quoque, in quibus  
 diuinas facere, et rem quampiam nouam exerce  
 temperandum est: quos multitudo imperitorum  
 ue, et perperam nefastos appellant. Ita quoque Marci  
 cero in lib. epistolarum. IX. Ad Atticum maiore  
 quit, nostri funestiorum diem esse uoluerunt allic  
 pugnae, quam urbis captae, quod hoc malum ex  
 Ita quoque alter religiosus etiam nunc dies, alter in  
 gus ignotus. Idem tamen M. T. in oratione de accu  
 tore constituendo, religiosa delubra dicit, non omni  
 nec tristia, sed maiestatis, uenerationis quoque plena.  
 Sabinus autem Sabinus in commentarijs, quos de  
 genis composuit: religiosum inquit est, quod propter  
 ctitatem aliquam remotum, ac sepositum a nobis  
 Verbum a relinquendo dictum, tanquam cerimon  
 niae a carendo. Secundum hanc Sabini interpreta  
 nem templa quidem, ac delubra, quia horum cur  
 lus in uituperationem non cadit, ut illorum, quorum  
 laus immodesta est, quae non uulgo, ac temere,  
 cum castitate, cerimonia quoque adeunda, et reuerentia  
 et reformidanda sunt, magis quam inuulganda.  
 Sed dies religiosi dicti, quos ex contraria causa pro  
 pter omnis diritatem relinquimus. Ita Circo ait Terentius  
 tius in eunu.

- ” Tum quod dem, recte est.
- ” Nam nihil esse mihi religio est dicere.  
 Quod si (ut ait Nigidius) omnia istiusmodi inclina

menta, nimium, ac præter modum significant, et iccirco in culpas cadunt, ut uinosus, mulierosus, uerbosus, morosus, famosus, cur ingeniosus, & formosus, & officiosus, & speciosus, quæ pariter ingenio, et forma, & officio inclinata sunt: cur etiam disciplinosus, consiliosus, uictoriosus, quæ M. Cato ita affigurauit: cur item facundiosa, quod sempronius Asellio XIII. rerum gestarum ita scripsit: Facta sua spectare oportere, dicta non, si minus facundiosa essent: cur inquam ista omnia, nunquam in culpam, sed in laudem dicuntur? quâquam hæc quoque incrementum sui nimium demonstrant. An propterea, quia illis quidem, quæ supra posui, adhibendus est modus quædam necessarius? Nam & gratia, si nimia, atque immodica, & mores, si multi, atque uarij, & uerba, si perpetua, atque infinita, & obtundentia, & fama, si magna, & inquieta, & inuidiosa sit: neque laudabilia, nec utilia sunt. Ingenium autem, & officium, & forma, & disciplina, & consilium, & uictoria, & facundia sicut ipsæ uirtutum amplitudines nullis finibus cohibentur: sed quanto maiora, auctioraque sunt: etiam tanto laudatiora sunt.

Quid obseruatum de ordine rogandarum sententiarum in senatu, iurgiorumque in senatu C. Cæsaris consulis, & M. Catonis diem dicendo eximentis.

Caput

X.

Nte legem, quæ nunc de senatu habendo obseruatur: ordo rogandi sententias uariius fuit.

Alias primus rogabatur, qui a CENS.



A. GEL.

princeps in senatum lectus fuerat. Alias qui de  
gnati COSS. erant. Quidam è COSS. studio  
necessitudine aliqua adducti, quem ijs uisum  
honoris gratia extra ordinem sententiam primo  
rogabant. Obseruatum tamen est, cum extra or-  
dinem fieret: nequis quenquã ex alio quã ex or-  
dinaro loco sententiam primum rogaret. C. Cæsar  
consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quatuor  
extra ordinem rogasse sententiam dicitur. Ex ip-  
sorum principem rogabat M. Crassum. Sed postquam  
filiam Cn. Pompeio desponderat: primum Cæsar  
Pompeium rogare. Eius rei rationem reddidisse  
senatui Tiro Tullius M. Ciceronis libertus refer-  
itaq; se ex patrono suo audisse scribit. Id ipsum  
pito Atteius in libro, quem de officio senatorio  
posuit, scriptum reliquit. In eodem libro Cæsar  
id quoq; scriptum est. C. inquit Cæsar  
M. Catonem sententiam rogauit. Cato, rem  
consulebatur, quoniam non è rep. uidebatur  
a nolebat. Eius rei gratia ducendæ longæ ora-  
tebatur. Eximebatq; dicendo diem. Erat enim  
senatori, ut sententiam rogatus, diceret ante quic-  
uillet, alius rei, & quoad uellet. Cæsar COS-  
torem uocauit. Eumq; cum finem non faceret: pro-  
di loquentem, & in carcerem duci iussit. Senatus  
surrexit, & prosequeretur Catonem in car-  
Hac inquit, inuidia facta, Cæsar destitit:  
Catonem iussit.

Quæ, qualiaq; sint, quæ Aristoxenus, quæ  
gis comperta de Pythagora memoriæ commenda-

et quæ item Plutarchus in eundem modum de eodem Pythagora scripserit. Cap. XI.

Pinio uetus fulsa occupauit, et conualuit

Pythagoram philosophum non esitauisse ex animalibus. Item abstinuisse fabulo, quem κῦαμον græci appellant. Ex hac opinione Callimachus poeta scripsit.

καὶ κῦαμον ἀπὸ χεῖρας ἔχεν ἀνιόντων ἑδεσθαι

ἢ ἀπὸ πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε λέγω.

Ex eadem item opinione M. Cic. in lib. de diuinatione primo, hæc uerba posuit. Iubet igitur Platon sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis, perturbationemq; afferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba uescerentur: quæ res habet inflationem magnam. Is abus tranquillitatem mentis querentibus constat esse contrarius. Hæc quidem M.

Cic. Sed Aristoxenus musicus uir literarum ueterum diligentissimus. Aristotelis philosophi auditor in libro, quem de Pythagora reliquit: nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum quam fabis, quoniam is abus et subduceret sensum alium et leuigaret. Verba ista Aristoxeni subscripsi.

πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσφρίων μάλιστα τὸν κῦαμον ἐδοκίμασε λίαν κινητικόν τε γὰρ εἶναι, καὶ διαφορητικόν.

διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ. Porculis quoq;

minuscilis, et hædis tenerioribus uictitasse idem

Aristoxenus refert. Quam rem uidetur cognouisse ex Xenophilo pythagorico familiari suo, et ex

quibusdam alijs natu maioribus, qui ab ætate Pythagoræ, haud multum aberant. Ac de animalibus

Alexis etiam poeta in comœdia, quæ Pythagoræ  
ta inscribitur: docet. Videtur autem de κνώμων  
esitato causam erroris fuisse, quia in Empedocli  
mine, qui disciplinas Pythagoræ secutus est, hic  
hic inuenitur.

δειλοί πάνδειλοι κνώμων ἀπὸ χεῖρας ἐλάσθαι.  
Opinati enim sunt pleriq; κνώμων legumētum  
mulgo dici. Sed qui diligentius scitiusq; carmina  
pedoclis arbitrati sunt, κνώμων hoc loco testatū  
gnificare dicunt. Eosq; more Pythagoræ opere  
symbolice κνώμων appellatos, quo sunt  
ὅς τὸ κνεῖν δεινοί. καὶ αἴτιοι τοῦ κνεῖν.

Itaque in Empedocli uersu isto non a  
lo edendo, sed a rei ueneræ prolunio uolunt  
mines deducere. Plutarchus quoq; homo in disci  
nis graui authoritate in primo librorū, quos de  
mero composuit: Aristotelem philosophum scri  
eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse, quod non  
stinuerunt edundis animalibus, nisi pauca carni  
dam. Verba ipsa Plutarchi (quoniam res inopi  
est) subscripsi. ἀριστέλης δὲ, μήτρας καὶ κάρ  
καὶ ἀκαλύφης. καὶ τοιούτων ἄλλων ἀπέχεσθαι φη  
πυθαγορικοῦς. χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. ἀνα  
autem est animal marinum: quod urtica appella  
sed & piscibus nonnullis abstinere Pythagorici  
tarchus in symposiacis dicit. Pythagorā uero ipse  
sicut celebre est, Euphorbum primo se fuisse dicit  
se. ita hæc remotiora sunt ijs, quæ Clearchus, et  
cæarchus memoriæ tradiderunt, fuisse eū postea  
randrum, deinde Callideam, deinde fœminam

chra facie meretricem, cui nomen fuerit Alce.

Notæ & animaduersiones censoriæ in ueteribus  
monimentis repertæ memoria dignæ. Cap. XII.

I quis agrum suum passus fuerat sordescere, eūq; indiligenter curabat, ac neq; arauerat, neq; purgauerat: siue quis arborem suam, uineamq; habuerat derelictui: non id sine pœna fuit. Sed erat opus censorium. Censoresq; ærarium faciabant. Item si quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidū uisus erat: Impolitæ notabatur. Id uerbum si significat, quasi tudicis incuriæ. Cuius rei utriusq; authoritates sunt, et M. Cato id sæpenumero attestatus est.

Quod in centiones quædam tibiæ certo modo factæ ischiacis mederi possint. Cap. XIII.

Reditum hoc a plerisq; est, & memoriæ mandatum, ischiadici cum maxime dolent, tum si modulis lenibus tibiæ incantat, minui dolores. Ego nuperrime in lib. Teophrasti scriptum inueni, uiperarum morsibus tibiæ scite, modulatq; adhibitum mederi. Refert et Democriti liber, qui inscribitur *περὶ λοιμῶν ἢ λογικῶν κακῶν*. In quo docet plurimis hominum morsibus medicinam fuisse in centiones tibiæ. Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum, mentibusq; & propterea quoq; uitijs, aut medelis animorū, et corporū.

A. GEL.

Narratur historia de Hostilio Mancino ædili  
Manulia meretrice. Verbaq; decreti tribunorum  
quos a Manulia prouocatum est. Cap. XII

Um librum. VIII. Attei Capitonis  
etaneorum legeremus, qui inscriptus  
iudicijs publicis, decretum tribunorum  
sum est grauitatis antiquæ plenum, propterea  
minimus. Idq; ob hanc causam, et in hanc sententiam  
scriptum est. A. Hostilius Mancinus ædilis  
fuit. Is Manuliæ meretrici diem ad populum dedit  
quod de ambulacro eius noctu lapide ictus esset  
Vulnusq; ex eo lapide ostēdebat. Manulia ad  
ple. prouocauit. A pud eos dixit, Comesatorem  
cunum ad ædes suas uenisse. Eū sibi recipere non  
se in æde sua. Sed cum ui irrumperet, lapidibus  
pulsus. Tribuni decreuerunt ædilem ex eo loco  
deiectum: quod eum uenire cum coronario non  
cuiisset. Propterea ne cum populo ædilis ageret,  
tercesserunt.

Defensa a culpa sententia ex historia Sallustij  
inimici eius cum insectatione maligne reprehēderunt.  
Caput XV

Legantia orationis Sallustij, uerborūq;  
cundia, et nouandi studiū cum multa  
sus inuidia fuit. Multiq; non mediocri  
genio uiri conati sunt reprehendere pleraq; et  
tractare. In quibus plura inscite, aut maligne

cant. Nonnulla tamen uideri possunt non indigna reprehensione. Quale illud in Catilinæ historia repper-  
tum est: quod habeat eam speciem, quasi parum at-  
tente dictum. Verba Sallustij hæc sunt. At mihi  
quidem, tametsi haud quaquam par gloria sequatur  
scriptorem, & authorem rerum: tamen in primis  
arduum uidetur res gestas scribere. Primum, quod  
facta dictis exæquanda sunt. Deinde quod pleriq;  
quæ dicta reprehenderis, maleuolentia, & inuidia  
dicta putant. Vbi de magna uirtute, atq; gloria bo-  
norum memores, quæ sibi quisq; facilia factu putat:  
æquo animo accipit. supra, ueluti ficta pro falsis du-  
cit. Proposuit inquit dicturum causas, quamob-  
rem uideatur esse arduum res gestas scribere, atque  
ibi non primū causam, sed querelas dicit. Non enim  
causa uideri debet, cur historiæ opus arduum sit: qđ  
ij, qui legunt: aut inique interpretantur quæ scripta  
sunt: aut uera esse non credant. O bnoxiam quippe,  
& obiectam falsis existimationibus eam rem dicen-  
dam, magis aiunt quā arduum, quia quod arduum  
est, sui operis difficultate est arduum: non opinionis  
alienæ erroribus. Hæc illi maleuoli reprehēsores di-  
cunt. Sed arduum Sallustius non pro difficili tan-  
tum, sed pro eo quoq; ponit, quod græci δυσχερής,  
aut χαλεπὸν appellant: quod est cum difficile, tum  
molestum quoq; & incommodum, & intractabile.  
Quorum uerborum significatio, a sententia Sallu-  
stij superscripta non abhorret.

De uocabulis quibusdam à Varrone, et Nigidio  
 contra quotidiani sermonis consuetudinem de-  
 tis. Atq; imbi in id genus quaedam cum exem-  
 terum relata. Caput XVI.

Ar. Varronem, et P. Nigidium uiros  
 in mani generis doctissimos comperimus  
 aliter locutos esse, et scripsisse, quam  
 tuis, et domuis, et fluctuis, qui est patrius cap  
 eo, quod est senatus domus, et fluctus. huic sen  
 domui, fluctui. Caetera q; his consimilia pariter  
 se. Terentij quoq; conici uersus in libris ueteri-  
 dem scriptus est.

- » Eius annis opinor causa, quae est mortua.  
 Hanc eorum auctoritatem quidam è ueteribus  
 maticis ratione etiã firmare uoluerunt: quod  
 datiuus singularis litera finitus i, si non simili-  
 nitui singularis s litera addita, genitiuum singu-  
 rem facit: ut patri patris, duci ducis, cædi cædi-  
 igitur inquirunt, in casu dandi huic senatui dicit  
 genitiuus ex eo singularis senatus est, et non  
 tus. sed non omnes concedunt in casu datiuo  
 magis dicendum, quã senatu. sicut Lucilius in  
 casu, uictu et annu dicit, non uictui, et annu, in  
 sce uersibus.
- » Quod sumptũ, atq; epulas uictu præponis horo  
 » Et alio in loco. Annu noceo inquit.  
 Virg. quoq; in casu dandi aspectu dicit, nõ aspectu  
 » Teq; aspectu ne subtrahere nostro. Et in C  
 » Quod nec concubitu indulgent.

C. etiam

C. etiam Caesar grauis author linguae latinae, in Anticatore. Vnius inquit, arrogantiae, superbiaeque; do-  
 minatuque. Itē in Dolabella actionis illibuisse, quo-  
 rum in aedibus, fanisque; posita, & honori erant, &  
 ornatu. In libris quoque analogicis omnia istiusmodi  
 sine i litera dicenda censet.

De natura quarundam particularum, quae praeposita uerbis intendi, atque produci barbare, atque inscite uidentur. exemplis rationibusque; plusculis disceptatum.

## Caput XVII.

Valij ex undecimo uersus sunt. (lus

l Sapiadae magno improbus obijciebat a sel

Lustru, illo censore, malu infelixque; fuisse.

Obijciebat o litera producta multos legere audio.

Idque; eo facere dicunt, ut ratio numeri salua sit.

Idem infra, Et iam

Conijcere in uersus dictum praekonis uolebam

Gracij. In hac quoque; prima uerbi praepositione, ob eadem causam produciunt. Item quintodecimo

Subijcit hinc humilem, & sufferatus posteriorem.

Subijcit u litera longa legunt: quia primam syllabam breuem esse in uersu heroico non conuenit. Item a-

puud Plautum in Epidico cum syllabam productam prominentant.

Age nunc iam orna te Epidice, & pallium in col- lum conijce.

Apuud Virgilium quoque; subijcit uerbum produci a plerisque; audio. Item Parnasia laurus,

Parua sub ingenti matris se subijcit umbra.



Sed neq; ob, neq; sub præpositio producendi hæ  
naturam: neq; item con, nisi cum eam literæ sequi  
tur, quæ in uerbis constituit, & confect, secundæ  
primæ sunt: uel cum eliditur ex ea n litera, sicut

- **lustus.** Fœnoribus inquit, coopertus. In  
tem, quæ supra posui: & metrum esse integrum  
test, & præpositiones istæ possunt non barbarè  
tendi. Secunda enim litera in his uerbis produci  
per unum scribenda est. Nam uerbum istud, cui  
prædictæ particulae præpositæ sunt: non ideo epi  
iaco, & præteritum non icit, sed iecat. Idq; ubi  
positum est: ex, a, litera in, i, mutatur. Sicut fit in  
bis insilio, & incipio, atq; ita uim consonantis  
Et ideo ea syllaba productius, latiusq; paulo  
nuntiata priorem syllabam breuem esse non patitur  
sed reddit eam positu longam. Propterea q; et no  
rus in uersu, & ratio in pronuntiatu manet. Hæc  
quæ diximus, eo etiam conducunt, ut quod apud  
gilium in. VI. positum inuenimus,
- **Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram**
- **Inijce.** Sic esse inijce, ut supra dixi, & sc  
dum & legendum sciamus. Nisi quis tam in  
est, ut in hoc quoq; uerbo, in præpositionem metri  
sa protendat. Querimus igitur in obijabus, o, litera  
qua ratione intendatur, cum id uocabulum factu  
sit a uerbo obijcio & nequaquam simile sit: quæ  
uerbo moueo motus, o litera longa dicitur. Equè  
memini Sulpitium Apollinarem uirum præstanti  
terarum scientia, obices, & obicibus, o litera com  
dicere. In Virgilio quoq; sic eum legere.

Qua ui maria alta tumescant

Obijabus ruptis. Sed ita, ut diximus, i, literam, quæ in uocabulo quoq; gemina esse debet: paulo uberior, largiusq; pronuntiabat. Congruens igitur est, ut subijces etiam, quod perinde ut obijces compositum est, u, litera breui dici oporteat. Ennius in tragædia, quæ Achilles inscribitur, subijces pro aere alto ponit: qui cælo subiectus est, in his uersibus.

Ergo deum sublimes subijces, humidus

Vnde oritur imber, sonitu sæuo, & strepitu.

Plerosq; omnes tamen legere audias, u, litera producta. Id ipsum autem uerbum M. Cato sub alia præpositione dicit in oratione, quam de consulatu suo habuit. Ita hos inquit, fert uentus ad priorem pyreneum, quos proijcit in altum. Et Pacuuius item in Anchise,

Id promontorium, cuius lingua in altum proijcit.

De Africano superiore sumpta quædam ex animalibus memoratu dignissima. Cap. XVIII.

Cipio Africanus antiquior, quanta uirtutum gloria præstiterit, & quàm fuerit altus animo, atq; magnificus, & qua sui conscientia subnixus, pluribus rebus, quæ dixerit, quæq; fecerit, declaratum est. Ex quibus sunt hæc duo exempla eius fiducia, ac exuperantia ingentis. Cum M. Neuius trib. pl. accusaret eum ad populum, diceretq; accepisse a Rege Antiocho pecuniam, ut conditionibus gratiosis, & mollibus pax cum eo, Po. Ro. nomine fieret. Et quædam item alia

crimini daret, indigna tali uiro. tum Scipio  
 ca præfatus, quæ dignitas uitæ suæ, atq; gloria  
 labat: memoria inquit, quirites repeto diem  
 diernum, quo Annibalem pœnum imperio nos  
 micissimum magno prælio uia in terra Africa  
 cemq; & uictoriam uobis peperit insperabilem  
 igitur simus aduersum deos ingrati, & censeo  
 quamuis nebulonem hunc, eamusq; nunc pro  
 ui OPT. MAX. gratulatum. Id cum dixisset,  
 tit, & ire in capitolium cœpit. Tum concio  
 quæ ad sententiam de Scipione ferendam com  
 rat: relicto tribuno, Scipionem in capitolium  
 ta, atq; inde ad ædes eius cum lætitia, & grati  
 ne solenni prosecuta est. Fertur etiam oratio,  
 detur eo die habita à Scipione: & qui dicitur  
 non ueram, non eunt inficias, quin hæc quiden  
 ba fuerint, quæ dixi, Scipionis. Item aliud est  
 eius præclarum. Petilij quidã trib. pleb. d. Ma  
 iunt, Catone inimico Scipionis comparati in  
 immissi desyderabant in senatu instantissime  
 cuniæ antiochenæ prædæq; quæ in eo bello cap  
 rat: rationem redderet. Fuerat enim L. Scipio  
 siatico fratri suo imperatori in ea prouincia leg  
 Ibi Scipio exurgit, & prolato e' sinu togæ libri  
 tiões in eo scriptas esse dixit omnis pecuniæ,  
 prædæ. Illa tum ut palàm recitaretur, & ad  
 rium deferretur. Sed enim id iam non faciã  
 nec me ipse afficiam contumelia. Eumq; librum  
 tim discidit suis manibus, & concerpfit, ægre  
 quod cui salus imperij, ac reip. accepta fertur

beret: ab eo ratione pecuniæ prædatitiæ posceretur.

Quid M. Varro in logistorico scripserit, de modo  
vando victu puerorum impubium. Cap. XIX.

Veros impuberes compertum est: si pluri-  
mo cibo, nimioq; somno uterentur: hebetio-  
res fieri. aduertimusq; hinc elici tarditatē.  
Corpora eorum improcera fieri, minusq; adolesce-  
re. Idem pleriq; alij medicorum, philosophorumq;  
et M. Varro in logistorico scripsit, quæ inscripta est  
Capis, aut de liberis educandis.

Notati a censoribus, qui audientibus ijs dixerunt  
ioci quaedam intempestiuiter: ac de eius nota delibe-  
ratum, qui steterat forte apud eos oscitabundus.

Caput

XX.

Inter censorias seueritates tria hæc exēpla  
in literis sunt castigatissimæ disciplinae.

Vnum est huiusmodi. CENS. agebat de u-  
xoribus solenne ius iurandum. Verba erant ita con-  
cepta. Ut tu ex animi tui sententia uxorem habes?

Qui iurabat cauillator quidam, et canicula, et ni-  
mis ridicularius fuit. Is locum esse sibi ioci dicendi ra-  
tus, cum ita, uti mos erat, CENS. dixisset, et tu ex ani-  
mi tui sententia uxorem habes? Habeo equidem in-  
quit, uxorem, sed non hercle ex animi tui sententia.

Tum CENS. eū, quod intempestiue lasciuisset: in æra-  
rios retulit: causamq; hanc ioci scurrilis apud se di-  
cti subscripsit. Altera seueritas eiusdem sectæ, di-

k 3

disciplinaeque est. deliberatum est de nota eius, quae  
 CENS. ab amico aduocatus est, et in iure statu-  
 re nimis et sonore oscitauit. atque inibi prope-  
 teretur, fuit, tanquam illud indicium uag-  
 foret, et hallucinantis, et fluxae, atque aperta  
 curitatis. Sed cum ille deierasset, inuitissimum  
 ac repugnantem oscitatione uictum. tenerique  
 tio, quod obcedo appellatur, tum nota iam de-  
 ta exemptus est. P. Scipio Africanus Pauli filii  
 utranque historiam posuit in oratione, quam de  
 censura, cum ad maiorum mores populorum  
 retur. Item aliud refert Sabinus Massurius in  
 mo memorabiliu seuerum factum. CENS. inq. P.  
 pio Nasica. et M. Pompilius, cum equitum  
 agerent: equum nimis strigosum, et male habitum  
 sed equitem eius uberrimum, et habitissimum  
 runt. Et cur inquirunt ita est? ut tu sis, quam  
 curator? Quoniam inquit, ego me curo, equum  
 tius meus seruus. Visum est parum reuerens esse  
 sponsum, relatusque in aerarios, ut mos est. Status  
 tem seruile nomen fuit: plerique apud ueteres serui  
 nomine fuerunt. Caecilius quoque ille comediarius  
 ta inclytus seruus fuit, et propterea nomen habuit  
 Status. Sed postea uersum est quasi in cognomen  
 appellatusque Caecilius Status.

VLI GELLII NOCTIVM ATTICA  
RVM COMMENTARII.  
LIBER QVINTVS.

Quod Musonius philosophus reprehendit, impro-  
bavitq; laudari philosophum differentem a uociferan-  
tibus, et in laudando gestientibus. Cap. I.

Vsonium philosophum solitum dicere  
accepimus, cum philosophus inquit hor-  
tatur, monet, suadet, obiurgat, aliud ue-  
qd disciplinarum differit: tum q audi-  
unt, si de summo, et soluto pectore, obu-  
as, uulgatasq; laudes effutiunt, si clamitant etiã, si ge-  
stunt, si uocum eius festiuitatibus, si modulis uerbo-  
rum, si qbusdam quasi frequentamentis orationis mo-  
uentur, exagitantur, & gestunt, tum scias, & q dicat,  
& q audit frustra esse: neq; illic philosophum loqui,  
sed tibicinem canere. A nimus is inquit audientis philo-  
sophu, quæ dicuntur utilia, ac salubria sunt, quæq;  
et errorum atq; uitiorum medicinas ferunt, laxamen-  
tum atq; otium prolixè, profuseq; laudandi non ha-  
bet qsq; ille est, qui audit: nisi ille est planè deperdi-  
tus, inter ipsam philosophi orationem, & phorrescat  
neesse est, et pudeat tacitus, & poeniteat, et gaudeat,  
et admiretur, uarios adeo uultus, disparilesq; sensus  
gerat, perinde, ut eum conscientiamq; eius affecerit,  
utraruq; animi partium aut synceraru, aut ægraru  
philosophi ptractatio. Præterea dicebat magnã lau-  
dem nõ abesse ab admiratione. Admirationē autem,